Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



124 116

spōsi q

spōsi. Et amicus autem sponsi stat et audit eum gaudio gaudet propter vocem
sponsi. Hoc gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere me autem minui
de cuius ait scriptura est. Qui est de terra de terra est et de terra lo
quitur. Qui de celo venit super omnes est. Et quod
vidit et audivit hoc testatur et testimonium eius
nemo accipit. Qui accepit testimonium eius signavit
quia deus verax est. Quem enim misit deus verba
dei loquitur. Non enim ad mensuram dat deus spi
ritum. Pater diligit filium et omnia dedit in ma
nus eius. Qui credit in filium habet vitam eternam
Qui autem incredulus est filio non videbit vitam
sed ira dei manet super eum Ora vi. Ad Colloscenses
Fratres. Dico vobis ut nemo vos decipiat in
sublimitate sermonum. Sicut ab eis sum
pti vobis sum. Gaudens et videns ordinem
vestrum et firmamentum eius que est in xpo fidei vestre
Sicut ergo accepistis xpm iesum dnm in ipo ambu
late radicati et superedificati in ipo et confirmati in fide
sicut et didicistis. Secundum iohannem. Ora
In illo tpe. Dixit iesus turbis. Ego lux in mundum
venio: ut omnis qui credit in me in tenebris
non maneat. Et si quis audierit verba mea et non
custodierit: ego non iudico eum. Non enim veni ut
iudicem mundum: sed ut salvificem mundum. Qui
spernit me et non accipit verba mea: habet qui iudicet
eum. Sermo quem locutus sum: ille iudicabit eum
in novissimo die. Quia ego ex me ipso non sum loqu
tus: sed qui misit me pr: ipse mihi mandatum de
dit quid dicam et quid loquar: et scio quia man
datum eius vita eterna est. Que ergo ego loquor: